

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Munus g  
cum uariis

Quo beatus Eugenius munera caucius abigebat, ad eum undique multiplicius confluebant. Hoc quoque fere ubique accidit ut fugiant dum queruntur, dum fugantur accelerant. Cum eidem prior quidam modice facultatis cuius causam nondum audierat, marcam auri deuotione multa instanter offerret. Nondum, inquit, ingressus es domum, et iam uis corrumpere dominum? Corruptionem namque uir sanctus credidit, quicquid offerebatur lite pendente.

Crisostomus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Munus g] Munus h P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; eidem] eisdem M, idem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; audierat] audierant L<sup>2</sup>;  
marcam] in arcam P V<sup>1</sup>; instanter] instantem P V<sup>1</sup>; es] est P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; Crisostomus *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>